

SYLLOGE
MONUMENTORUM,
AD
ILLUSTRANDAM
HISTORIAM FENNICAM
PERTINENTIUM.
CUJUS PARTEM IV,
CONS. FAC. PHILOS. IN REG. ACAD. ABOENSI,
PRÆSIDE
*Mag. HENRICO GABRIELE
PORTHAN,*

*Reg. Canc. Consil. Eloq. Prof. R. & O. Eqv. Ord. R. de Stella
Polari, R. Acad. Litt. Human. Hist. & Antiquitt. R.
Societ. Sc. Upsal. &c. Socio,*

Publicæ bonorum censuræ submittit

*ABRAHAMUS PÆHRMAN,
Wiburgensis.*

In Aud. Majori die XXIII Febr. MDCCCIII.

Horis a. m. consuetis.

ABOÆ, typis Frenckellianis.

dicti ad plenum non constat, laudabilem morem
 Romanæ ecclesiæ observare volentes, vobis exami-
 nationem personæ ipsius postulati duximus commit-
 tendam. Quocirca discrezioni vestræ per Apostoli-
 ca scripta mandamus, quatenus habentes præ oculis
 solum Deum, si eundem Episcopum, diligentí ex-
 aminatione per vos facta de ipso, vita, moribús, ho-
 nestate, scientia & aliis virtutum meritis inveneri-
 tis esse ydoneum atque dignum ad supportationem
 Archiepiscopalis oneris & honoris, auctoritate Apo-
 stolica postulationem admittentes eandem, ipsumque
 a vinculo quo Aboensi tenetur ecclesiæ absolventes,
 sibi transeundi ad prædictam Upsalensem eccle-
 siam, licentiam tribuatis, faciendo ei a suis subdi-
 tis obedientiam & reverentiam debitam exhiberi.
 Alioquin postulatione prædicta non admissa, faciatis
 eidem Upsalensi ecclesiæ de persona ydonea per
 electionem, seu postulationem canonicam, per Capit-
 ularium ipsius ecclesiæ provideri. Contradictores
 &c. (c). Non obstantibus indulgentiis per quas vo-
 bis seu ordinibus vestris ab eadem Sede dicitur esse
 concessum, quod non teneamini vos intromittere &c. (c)
 (usque mentio habeatur). Quod si non omnes hiis
 exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea ni-
 chilominus exequantur. Datum apud Urbem vete-
 rem VIII Idus Julii, Pontificatus nostri anno tertio
 (d. 8 Julii 1290).

G

Ex-

(c) Formulæ solennes prætermittuntur.

Exstat inter exempla Bullarum a Generosiss.
FREDENHEIM Roma allatarum. Vid. Access. ad
 Recensionem Bullarii Celsianam p. 63 sq. Cfr. Annott.
 ad Chron. Juust. p. 202.

XVI.

*Birgerus Rex Sveciae mercaturam cum Novogoroden-
 bus libere exercere, Lubecensibus & reliquarum
 urbiam Hanseaticarum civibus permittit.*

*Birgerus Dei gracia Svecorum Ghotorumque Rex,
 discretis viris Advocatis & Consulibus civitatis
 Lybicensis maritimarumque civitatum mare orientale fre-
 quentantium sinceræ dilectionis affectionem cum sa-
 lute. Prudenter præcidenda sunt mala, ut salutariter
 bona succedant, & offendiculo quoque ablato de me-
 dio levis procedat & facilius aditus ad optata. Hinc
 est, quod quandoque paganos Karellos, qui multis
 retroactis temporibus latrocinia, spolia & infinita
 enormia, nulli parcentes sexui vel ætati, utpote vi-
 vos excoriando, captivos plurimos eviscerando, di-
 versorum tormentorum genera nostris non tantum sed
 & plerisque mare orientale visitantibus inferebant,
 ob unitatem fidei Catholice dilatandam, misero-
 rum miseriis condolentes, divina clementia convi-
 etos ad fidem convertimus Christianam, & cum in-
 genti exercitu & sumptibus laboriosis Castrum Wi-
 borg*

borg ereximus, ad honorem Dei Virginisque gloriolæ, ad regni nostri tuitionem, nec non ad securitatem mare transeuntium & pacem, quos quidem Karellos in suis perversitatibus & nimia perfidia Ruteni, tantum temporalibus & deprædationibus inhantes, inhumaniter divino timore postposito conforverunt, postmodum revera glorioſi Principis Domini magnifici Regis Romanorum literas nos novitis recepiffe, petitorie continentes, quod de civitatibus vestris ad Nogardiam navigantes, in mercimoniis vel personis, de castris nostris Wiborg existentibus nullatenus molestentur. Nos qui ob tanti Principis reverentiam ac vestræ probatæ devotionis constantiam laudabilemque efficaciam meritorum, ipsius voluntatis beneplacitum ad præfens duximus admittendum, quamvis hoc nobis dampnosum novimus, & ex hoc hostes nostri contra nos roborentur ex adverso, nihilominus prædictis civitatibus a quarto Nonas Marcii, (a) usque ad festum beati Johannis Baptiste proximum, & deinceps per annum integrum subsequentem, ex parte nostra & omnium qui mandatis nostris volunt & tenentur obedire, largam licentiam concedimus, ad Nogardiam navigandi, hac condicione adjecta, quod nullus de memoratis civi-

G 2 tati-

(a) A die itaque quo hæ literæ datae sunt, ad festum proximum S. Johannis Baptiste, & inde porro per annum, hæc libertas Civitatibus Hanseaticis fuit concessa.

tatibus ad Rytenos navigans, arma, ferrum, caly-
bem vel expensas quascunque (b), nisi pro usibus per-
sonæ propriæ secum ferre præsumat; nullus eciam
de prædictis facto vel consilio per se vel per alios,
occulte vel manifeste attemptet procurare quæ in
nostrum vel regni nostri cedere possint præjudicium
vel gravamen; Rytenis vero deducentibus expensas
mercatorum de Koggonibus (c) ad Novogardiam, tri-
bus ad majus (d) in qualibet navi dicta Lodhia (e),
securitatem conferrimus: ita tamen quod cum illis
tribus Rytenis ex vestris saltim sit unus, eisdem ve-
ro tribus Rytenis securitatem nullam conferimus, si
exercitum nostrum evocari contigit generalem. Mer-
catores vero supradictarum civitatum, si super præ-
missis suas patentes literas ante festum b. Johannis
proximo futurum nobis transmiserint, prout inter
nos & ipsorum sollempnes nuntios, Johannem scilicet
de Doaco civem Lubecensem, & Martinum Puc-
kæ Wisbyensem exstat placitatum, sive exercitum

no-

(b) Locus interpretatu difficilis. Si *expensæ* significant *merces* quasvis, mercaturam nullam cum Russis exercere re-
vera licuit? Deesse igitur hoc loco aliquid videtur, in-
dolem mercium prohibitarum generaliter definiens.

(c) Naves mercatoriæ majores, intelligi videntur.

(d) *Ad majus*, h. e. ad summum.

(e) Eodem nomine adhuc navigii minoris genus, apud Rus-
sos usitatum. appellari a nostris solet.

strum generalem evocare contigit sive non, omnimoda libertate gaudere volumus & securitate graciosa. Ut autem præmissa robur firmitatis obtineant, & inviolabiliter observentur, sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum Orabro anno Domini M. CC. nonagesimo quinto, III Nonar. Marcii. (d. 4 Mart. 1295).

Leguntur in Jo. CAR. HENR. DREYER *Specim. Juris Publici Lubecensis* (Büzov. & Wismar. 4:o) p. 174 sqq. qui ex authentico membranaceo sese illud edidisse, asseverat. Cfr. LAGERBRING *Svea Rikes Hist.* II Del. C. 17, §. 9, p. 608 sqq.

XVII.

*Birgerus Sveciae Rex possessoribus novorum prædiorum
in Tavastia, eorum quiete prosidendorum
jus confirmat.*

*Birgerus Dei gratia Svecorum Gothorumque (a)
G 3 Rex*

(a) VON DER HARDT absurde legit *Svenonum Gotbarumque*. Notum est illo ævo homines pro *Svecis Svevos* (ut pro *Danis Dacos &c.*) scribere affectasse, nostram lectionem exhibet apographon ex donatione Rev. Episcopi Ol. Celfi in Bibliotheca R. Acad. Upsaliensis affermatum (N:o 86 pag. 22 sq.)

Rex discreto viro Domino Nicolao Andersson (b)
 Praefecto Finlandiae salutem in Domino sempiter-
 nam. Accedentes ad nos præsentium (c) exhibito-
 res Michael de Lappafård, (d) Andar de Saastamall (e)
 & Tobbe de Tinka (f), nobis sua proposizione de fil-
 vis in Tavastia querulosa monstrarunt, quod su-
 per (g) quorundam prædiorum cultura, de qui-
 bus (h) filvis in Tavastia, quæ ex speciali requisi-
 cione (i) & licentia Dni Haraldi quondam ibidem

Ad-

(b) Exemplar Celsianum habet Andreæ.

(c) In Apographo Celsiano, ut & apud VON DER HARDT,
 legitur *præsentes*, sensu repugnante.(d) *Lappfjärd*, parœcia Ostrobotniæ.(e) Andreas de Saastamala (hodie Saastmala) Parœcia ditio-
 nis Björneburgensis, Ostrobotniæ proxime vicina.(f) Quodnam noisen sub hoc monstro lateat, conjicere non
 valemus. Exemplar Celsianum exhibere videtur de Tun-
 ka vel Tuuka?(g) Von der Hardt absurde secundum. Apographum Cel-
 sianum per abbreviaturam (quales illud plures exhibet,
 unde ex originali descriptum putas?) habet sr.

(b) Lege quibusdam?

(i) Von der Hardt legit concessionem. Facile patet, in Tavastie
 partibus superioribus ac borealioribus, sylvarum vastita-
 te horridis, (quas partim venandi & pescandi gratia incolæ
 Parociarum australium, magis excultarum & habitata-
 rum, certis anni temporibus pererrabant, partim ubi op-

Advocati nostri hactenus excoluerunt, nunc, ut asserunt, molestantur & inpetuntur nimis injuste. Quare cum fratri Karissimo Duci *Waldemaro* magis prosicuum esse dinoscitur, quod terra sua per homines discretos ydoneos excolatur & inhabitetur, quam deserta relinquatur; volumus & mandamus, quatenus super præmissis homines prædictos a modo nul latenus molestare velitis, sed pocius ipsos terram per eos cultam pacifice & quiete de cetero sicut hactenus habere permittatis, dummodo non obstitet aliud quam (k) adhuc intelligere potuimus de prædiis supradictis. Datum anno Domini MCCC. (l)
III Kalend. Junii.

Leguntur, sed vitiose admodum descriptæ in

An-

portunitas sese obtulit, arboribus cæsis atque in cinerem redactis agrorum loco utebantur, *Swedjor*, unde sibi in tales sylvas jus quoddam dominii fensim arrogabant), Præfestum (Rege sine dubio jubente) novos colonos passim collocaffe, quibus jus terras a sese excutas, ut fuas possidendi concesserat. Hos, ut suo juri inimicos, veteres illi talium sylvarum domini prætensi, sedibus suis exturbare studebant: hinc illa querelarum materia, saepè postea quoque renata.

(k) *Von der Hardt legit aliquid quod.*

(l) Quia defuit nobis facultas ipsam chartam originalem inspiciendi, definire certo non valemus, utrum hæ literæ datae sint a. *MCCC. III Kalend. Junii* (d. 30 Maii 1300), an a. *MCCCIII. Kalend. Junii* (d. 1 Junii 1303),

Auctario Diplomatico quod LINDENROGII Scriptoribus rer. Germanicar. Septentrionalium &c. (Ed. Hamb. 1706 Fol.) addidit Jo. ALB. FABRICIUS, p. 108, qui eas dedit quales habentur in Epist. ad Joh. Pering-skoldium Hamburgo d. 14 Aug. 1705 scripta (ibidemque in 4:o typis expressa) a RICHARDO VON DER HARDT, Westphalo, Auctionatore Libror. Reg. & Acad. Upsaliensis, non sagacissimo (ut vel ex hoc specimine, & altero ei adjuncto, apparet) veterum monumentorum sive editore sive interprete. Apographum Celsianum (de quo commemoravimus) scripturam paullo diligentiorem prodit.

XVIII.

Idem fæminas Careliae nuper subiectæ sua munit tutela atque præsidio.

Birgerus Dei gracia Svecorum Gothorumque Rex omnibus præsentes litteras inspecturis salutem a Domino sempiternam. Tenore præsentium notum esse volumus tam posteris quam modernis, nos de consensu & consilio nobilium virorum Dominorum Kanuti Jonson Legiferi Ostgothorum, Thorwi Kätilson (a) & Johannis Brunckou Dapiferi nostri, nec non

" (a) Ita in nostro legitur apographo. Forte idem qui a Nobil. UGGLA (*Svea Rikes Råds Långd*, III Afd. p. 22,

non & aliorum Consiliariorum nostrorum dilectorum, firmiter statuisse quasi pro lege servandum, quod mulieres omnes seu fœminæ, nostræ ditioni subjectæ, juxta castrum nostrum Wiborgh vel in terra Kareliæ habitantes, sive conjugatæ, viduæ, continentes aut virgines, plena debent pace & securitate gaudere, sicut in ipso regno nostro Sveciæ, in rebus pariter & personis, acerbissima contra congressores nostra vindicta regia procedente. Quare omnibus & singulis firmiter prohibemus, ne quis mulieres sive fœminas supradictas injuriis aliquibus gravare vel molestare præsumat, aut ipsis inferre violentiam aliquam corporalem, sicut regiam nostram evitare voluerit unctionem, eam videlicet, quæ in regno nostro Svecia prædicta pro lege servatur (b). Datum Tninge (c) anno Domini MCCC sexto decimo, prima die Octobris.

H

Ex-

N:o 162 vocatur *Thoric Kettisson?* Nob. LAGERBRING *Svea Rikes Hift.* III Del. I C. §. 35 not. (3) p. 89 habet *Torifi Karelson.*

(b) Qui locus ubi quærendus sit, nos latet.

(c) Credibile est, Svecos viatores, & maxime Milites, feminis devictorum Careliorum illam inviolabilitatem eaque jura competere non putasse, quibus in Svecia sexus muliebris utebatur, laudatissimæ de pace & securitate feminarum tuenda constitutæ legis severitate confirmata, adeoque Regem necessarium duxisse, hanc ad illas quoque no-

Exprimi curavimus ex apographo, quod in *Aetis Palmeskoldianis* Upsaliæ asservatur, Vol. Carelen p. 353, collato exemplo a Nob. LAGERBRING l. c. exhibito, unde diem (qui in apographo Palmeskoldiano, fine trunco, aberat) datarum addidimus.

XIX.

Rex Magnus (Erici) jubet incolas Savolaxiæ Decimas eodem modo quo Tavasti, Clero pendere (a).

Gregorius Magnusson, illustris Regis Sveciæ Dapifer, omnibus & singulis parrochianis Savilax inhabitantibus, in Domino dilectionem & salutem. Nove-

minatim extendere. Cfr. *Annott. ad Chron. Juuſt.* p. 584 Not. (617). Cæterum dissimulare non possumus, haud pauca in his R. Birgeri literis, quales quidem ad nos pervenerunt, dubitationem, cum quoad materiam, tam quoad formam, nobis movere. Molestem est, exemplum eorum authenticum desiderari.

(d) Ex veteribus Edictis de modo Decimarum pendendarum in variis provinciis Patriæ nostræ olim diverso, non contemnendam ad conditionem harum iis temporibus cognoscendam affluere lucem, notum est, exemplisque quibusdam adductis docuimus in *Append. ad Folia Hebdom. Aboënsia* A. 1785 p. 118-125. Quare præcipua eorum (in ipso opere nondum plene allata) quæ varias Fenniæ nostræ regiones spectant, hoc loco adponenda esse duxi-

Noveritis nos prædicti (b) Domini nostri Regis veras & salvas & cum minori ipsius sigillo pendentí signatas vidisse litteras in hæc verba. "Magnus Dei "gracia Rex Sveciæ & Norvegiæ, dilectis sibi in "Christo omnibus Parrochiam Savilax (c) inhabitantibus in Domino dilectionem, pacem ac salutem. Mandamus vobis firmiter & districte, quatenus eundem modum decimandi sive tributandi, quem vici-

H 2

ni

mus. Inter plura autem exempla illius quod ad Savolaxenses pertinuit, in Registro Aboënsi obvia (Fol. 7 & 8) illud præcipue afferendum putavimus quod vidisse præfert *Gregorii Magnusson, Dapiferi Regii*, quem hac dignitate diutius quam vulgo creditur ornatum fuisse, hinc simul liquet: cf. LAGERBRING I. c. III Del. 4 Cap. 12 §. p. 331 sq.)

(b) Aut vitium latet in hoc vocabulo, aut ex serie plurium literarum uno hoc Dapiferi testimonio munitarum, hoc ejus vidisse excerptum fuit?

(f) Hodiernæ *Savolaxiæ*, ad *Careliam* (latiori sensu sic appellatam) in partibus suis interioribus parum tunc habitatam, olim pertinentis, non nisi una Parœcia adhuc erat constituta, cui nomen *Savilax* vel *Savolax* addebatur (hodie ecclesia *S. Michaelis*), cuius nomen toti postea Provinciæ adhæsit. Rectius autem *Savolax* quam *Savilax* scribi, (cf. *Annot. ad Chron. Finist.* p. 231 sq. not. 107) mos ipsorum incolarum, qui terram suam hodieque *Savo*, *Savonmag*, seque ipsos *Savolaiset* (sing. *Savolainen*) vocant, testari videtur? An nomen derivari queat a Lapponico *Sauvon*, lacus minor inter duas cataraetas fluvii

"nī vestri Tavastiam inhiabitantes obseruant (*d*), in
 "decimis vestris exhibendis vos humiliter & cum
 "omni obedientia observetis, non solum propter hoc
 "grates a nobis habentes, verum etiam a Deo mer-
 "cedem recipientes, qui omnium bonorum est largis-
 "simus retributor. Datum Stokholm anno Domini
 "MCCCXX nono, in vigilia beati Bartholomaei." Volumus igitur & vobis firmiter præcipiendo man-
 damus, quatenus prædicto Domino Aboensi Episco-
 po Decimas & tributa sibi per vos debita, jux-
 ta formam & modum supradicti mandati Domini no-
 stri Regis, expedite & sine contradicione qualibet,
 exsolvere & exhibere nullatenus omittatis, prout
 graciām prædicti Domini nostri Regis & nostram di-
 ligitis & favorem. Datum in Castro Aboensi anno
 Domini MCCCXXX septimo, feria tercia proxima
 post festum exaltacionis sanctæ Crucis.

Reperitur in *Registro Ecclesice Aboensis* Fol. 7.
 Cfr. *Annott. ad Chronicon Juyst.* p. 231 sq.

XX. Idem

alicujus, (cfr. Lexicon Lappon. Dnn. LINDAHL & ÖHR-
 LING p. 397, quod respondet Fennico hodierno *Su-
 vando?* alii vid. ant.

(*d*) De Tavastrorum decimis cfr. *Annott. ad Chron. Juyst.*
 P. 232 sq. Not. 109, p. 516 sq. & 557.

*Idem rationem & modum Decimorum & reliquorum
redituum sacerdotalium in Ostrobotnia Boreali
definit (a).*

Wij Kort met Gudz nadh Biscop j Abo, ok mene
Capitulum ther fama stadz, helsom ider os äls-
skelige Kirkepresthe ok mene almoga, som byggen
ok boen j Østher Norre bottn, Aboes Biscopsdomes,
kerlige i altzimektoghen Gudh. Epter thy, kåriste
vener, at vij fornumet haffuom, at noghon tvedräkt
år komen ider imellan, om then aarlige sámio ok
stadga, som ther j landzandan, for Gudz tyonde
gärdh ok andra utgärdh j andelige motthe, fore
manga forlidne aar vppa lagd år, besynnerlige haff-
uom vij forstandit, at her *Magnus aff Pädersöre* (b)
år een stor deel valdendis til thenne tvedräkt: Ty
han haffuer nogot befatadh sik ok dömp i forsk:ne
fak, som honom inkthe år befalt eller metgifhuet:
Thy ryggiom vi ok aaterkallom alle the doma som
H 3 han

(a) Damus has literas, quales easdem suo *adværtias* testi-
monio & commendatione munitas sesqui seculo fere serius
(obsequio earum severè inculcato) repetuisse reperimus
Episc. Aboensem *Conradum Bitze*.

(b) Erat Pastor Pedersøensis plerumque simul Præpositus ge-
neralis totius Ostrobotniæ; quo nomine *Magnus* hic mu-
tasse veterem redditum ecclesiasticorum rationem, atque
sic auctoritatem suam justo longius extendisse, videtur.

han haffuer dömp̄t mothe the gamble sāmio ok stadgha, som ther met ider aff alder warith haffuer: ok viliom vi åndeliga, at j retthen ider epther the gambla breff högboren Försthe Konungx Magnus ok verdogs Faders Biscop Hemmings aff sāle aamynnisse, huilka alldèles ludha ordh fran ordh som här epter skriffyedh staar:

Magnus Dei gracia - - - secundum discrecionem & provisionem Episcopi nostri, & ut jure fuerit ordinatus (a). Datum Stockholm anno Domini MCCCXXIX in vigilia beati Bartholomei Apostoli. (Per omnia illis sunt literis similes, quas eodem die de eodem argumento ad Carelios idem Rex misit, legendas in Annott. ad Chron. Juust. p. 230 not. 106) (d).

Wij *Magnus* met Gudz nadh Swergis och Nör-
gis Konung, ok *Hemming* met sama nadh Biscop j A-
bo, belseom ider, älskelige Kirkiepreste ok mene al-
moghen som byggen ok boen i *Salu* ok *Kim* Aboes
Biscopsdöme, kerliga met Gudh ok vare nadh. E-
pter thy at altzvaldoger Gudh, aff syne milleliga for-
sbyn haffuer kallat ider til sijna helga troo, som j an-
amadh

(c) Sic rectius hæc vox in hoc exemplo scribitur, quam in altero ordinandi. Cf. Annott. ad Chron. Juust. p. 250, Not. 106.

(d) Exhibit easdem quoque PET. NIC. MATHESIUS, Diss. de Ostrobothnia, Upsaliæ 1734, 4:o editæ p. 29, Not. (f),

amadh haffuen, ok ther epter viderkennyns altzmekto-
gan Gudh i all ting, ok besynnerlige i ider tyonde
gård, til hvilke j verdzskylloge åren, bode epter thet
gambla ok thet nya testamentith, swa och epter the
helge Kirkie beskreffne råth ok menige Sverigis gam-
bla lagh ok god sidvânie, huilka for:de tyonde gård
Gudh sik sielssuom besynnerlige tilskikkat ok tilågnat
haffuer, til eeth almenneligit herredomps tekn, at han
år een allmenneligen herre oc Konungh offuer al-
lom tinghom; ok haffsuom nu begrunnat oc betrac-
that, at i saadana sâmio ok tionde gärd utgöra skulin,
allaledis som her epter skriffuat staar: Först, at
epter thy at j kunne ingalund saadana prestebol gö-
ra, som var Sverigis lagh inneholder, besynnerlige i
aaker, ther skulin j aarlige for edart prestebol, som
met ider alment kallas *Maanpoli* (d), utgöra tw
hvith skin huar bolfast bonde, eller oc eeth pund
torre gedder oc eeth godt lafs hóð, eller thess verdh,
som thet kan geldha om quindelsmesse tiidh: for
matskot eeth halffst pund smör góri hvar bonde, eller
oc sâm bogeskin (f), ok aff huarie koo góri ena
mark

(e) Vox Fennica, *Maanpuoli* (*portio terræ*, videlicet Curato
Ecclesiæ cuiusvis aslignanda), fundus Sacerdotalis.

(f) *Pelles sciurorum* (Ickornskin, Gråskin) intelligi, verifi-
mire est: quæ animalcula non laqueis aut decipulis, sed
arcubus & sagittis, capiebantur. *Hvitskin* contra *pelles*
Ermineas significare, appetet,

mark smör eller thess verdh. Item huar bogeman (g) góre tw bogeskin synom Kirkioherre: item huar mānniskio góri retthe tyondh aff ykorna, fugla och allehanda skogxdiwr, ok samalund aff allehanda fiska, siäl korn (h) oc sådes tyendhe; togh the som longth fran Kirkione byggia, at the giffua for theris sma fiske tiondhe fire bogeskin. Item bór Kirkeherren haffua eeth bōoste (i) aff huariom biorne, oc bogo aff huariom álge ok reen, ok huar tiendhe reenkalf góres til tyende, eller ok een ortog for huariom reenkalfue. Item huar legedreng giffui Preste om Paske tree bogeskin eller een óre; aff huarie legequinne tw bogeskin eller tw ortoghe. Byfåthis eller hwsfolk, som gifftthe áre, giffue Prest om Pasche syre bogeskin eller eeth pund torre ged dor. Item giffui bonde for brudhvigning sex bogaskin eller tw óre; for inledningh epter barnsbörd tree bogaskin eller en óre. Item for liikstool epter hustru eller bonde, som bofasthe áre, ok samalunde for them *til arffs áre kompne* (k), skal Presten haffua for

(g) *Vir adultus, qui arcum tractare valebat.*

(h) *Legi debere videtur Siäl koor, Phocæ vitulinæ?*

(i) *Böysti armum (Bog) veteri lingua significare, docet VERELIUS Ind. linguæ Vet. Scandicæ, p. 39,*

(k) *Ad adultam ætatem pervenit? Opponuntur enim iis qui Pueri moriuntur. Vocem Arf itaque hic, veteri more,*